In precedenti capitulo audivimus de Christi conceptione
Consequenter audiamus de ipsius humana generatione
Hanc generationem non solum angeli videre desiderabant
Sed et patres sancti desiderantes expectabant et clamabant
Emitte domine agnum tuum dominatorem terre
Et emitte lucem tuam id est veritatem tuam deus eterne
Ostende nobis faciem tuam et salvi erimus
Ostende filium tuum quem expectamus et sitimus
Utinam disrumperes celos et descenderes
Ut nos de captivitate diabolica liberares
Domine inclina celos tuos et descende
Ad liberandum nos dexteram tue maiestatis extende
Reminiscere miserationum tuarum antiquarum
Veni et eripe nos de potestate tenebrarum
Veni domine ut fideles plebis tue veritates inveniant
Et promissiones tue et figure tue compleantur
Veni domine cito festina et noli tardare
Relaxa facinora plebis tue et incarnare
Nullus angelus nullus homo sufficit nos liberare
Libera nos tu pie domine qui dignatus es nos creare
Misertus igitur pius deus assumpsit humanitatem
Ut destrueret diutinam captivitatem
Qui enim dixit penitet me fecisse hominem
Qui factus est homo ut captivum liberaret hominem

Die geburt unsers herren

In dem vordern capitel hant wir gehört von cristus empfengnisse
Nu sullen wir hören von siner menscheit geburt Dise geburt begerent
zu komende nit allain die engel sunder die alt vetter beittetent
er begirlichen und rüfftent zu gotte und sprachent Herre sende
din lamp den herschen der erden Ewiger got sende uns din lieht
und din worheit Zöige uns din antlit so werden wir behalten
Zöige uns dinen sun des wir wartende sind der stille den himel
zerbrechen dar umb das er her uss möge kumen her ab zu uns
das er uns erlöse von der gevengnisse des tuffels Herre neige dinen
himel und kum herab strecke dine rehten hand und zu her